



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De Baldevvino monacho quandoque in Bru[n]svvich aduocato, cap. 45

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

rius habuerunt charitatem. De supradicto Conuerso quidam vir sapiens, qui illum bene nouit, me audente sic ait: Non credo quod vñquam perfectè fecerit confessionem suam: Deus enim justos & timentes se, licet ex eis aliquando quosdam justo suo iudicio permitrat in sensu periclitari, non tamen illos sinit tam miserabili morte finiri. Ecce exemplum.

CAPUT XLV.

IN Saxonia ciuitate Brunsvich miles quidā nobilis fuit, nomine Baldevinus, eiusdem ciuitatis *ti feruaduo catus*: iste, inspirante Deo, sēculum deserēs, *res exemplum* in domo quadam ordinis nostri, quæ Relaxhusen dicitur, habitum suscepit, qui toto anno probationis ita sibi rigidus extitit, ut tam ab Abbe quā à magistro suo sāpe argueretur. Factus verò monachus, tanti fuit feruoris, ut non sufficerent ei communia, imò etiam communibus superadderet multa specialia, & praeponeret priuata. Cæteris quiescentibus, ipse laborauit, aliis dormientibus, ipse vigilauit. Tandem ex nimis vigiliis & labore, exficcato iam cerebro, tantam capitatis incutrit debilitatē, ut nocte quadā, antequam cōtentus ad matutinas surgeret, oratoriū intraret, formā nouitiorū ascenderet, & fune campanæ collo suo circumligato, desiliret, ipsamq; campanam, mole corporis trahendo, crebris ictibus pulsaret. Territus custos, festinauit in oratoriū, sed multo amplius territus est, dum sic pendere videret monachum: accurrēs tamen funem incidit, & adhuc palpitantē, & penè stragulatum, depositus atq; refocillauit. Ab illo tempore nunquā sensum pristinum recuperare potuit. Adhuc dicitur viuere, nec est ei curæ, quid vel quando comedat, siue quamdiu dormiat. Sic quandoque de indiscreto feruore nascitur vitium acedia. APOLLONIVS: Dicū est superiū, de acedia siue tristitia etiam nasci pusillanimitatē, hęc nō videtur mihi esse vitium. CÆSAR. Arbor mala, non potest facere fructum bonum. *Matt. 7.* Licet pusillanimitas cæteris filiabus acediæ siue tristitiae minor videatur esse malitia, satis tamen tentatio illius est periculosa: ipsa conuerti volentes ad bonam vitam

104 DE TENTATIONE
vitam saepe auertit; conuersos, ne proficiant, impedit.
APOLLONIUS: Da exemplum.

CAPUT XLVI.

CÆSARIVS:

*Pusillani
mitatis
exempla.* **A** Bbas quidam nigri Ordinis, modò monachus in ordine nostro, narravit mihi, quod magister quidam Parisiensis, ad ordine nostrum venire desiderans, silentium primi anni ex quadam pusilli- mitate mentis ita timuit, ut ordinem nigrorum intraret, ibique probationis annum compleret: qui mox ut factus est monachus, dixit ad Conuentum: Gratias ago vobis domini mei de beneficiis mihi a vobis exhibitis, quia ad quod veni, hoc apud vos expleui; modò cum licentia vestra migro ad ordinem Cisterciensem; non enim veni ut vobiscum manerem, sed ut inter vos tentationes, quas timui mihi, temperarem. Veniensque ad quandam domum ordinis nostri, non ut nouius probationem intrauit, sed habitum tantum mutauit.

CAPUT XLVII.

Ecclesi. 11. **R** Ecordor nunc cuiusdam viri valde literati, & cuiusdam nobilis ecclesiæ Prælati; huic cum nuper dicereim, quare non venitis, ut quid tamdiu expetatis? Respondit mihi: Non audeo intrare in tentationem; distinctionem ordinis, tentationem appellas; ex multo enim tempore voluntatem habuit veniens ad ordinem, sed quadam pusillanimitate impeditus est usque huc. Huit cōgruit illud Salomonis: Qui obseruat ventum non seminat. Ventus est tentatio, seminatio conuersio: qui nimis timet in ordine tentari, vix poterit ad ordinem conuersti. Noni plures in seculo, tam clericorum quam laicorum, qui a multo tempore votum fecerunt, nec tamen audent conuersti more tentationum; semper ante oculos habent tentationes, sed non considerant multimodas, quæ in ordine sunt, consolationes. Ecce exemplum.

CAPUT XLVIII.

R Etulit mihi Daniël Abbas Sconauiae, milité quendam honestum, & in militia nominatum, in Cam-

pg